Pro Quodlibetariis. Quaestio Medica disputanda In Scholis Medicorum die Jouis 10 decembris,
Praeside Literatissimo viro domino Arturo Rioust Doctore Medico.

An semper utero gerenti medendum.

Mulieres frigidae humidae, naturaque imbecillae, agro cuipiam comparantur. Quae non solum communibus affectibus cum viris corripiuntur frigidis vel calidis, ut Apoplexia, Lethargo, febri ardenti, pleuritide, phrenitide et aliis: sed etiam saepius privatim quam plurimis circa menstrua officii naturae debita, et matricis intemperiei, suffocatione motu praeter naturam, excessu aut defectu menstruorum. Nec solis, quae medicamenta non facile ferunt gravidaeque abortus multo minus, si utero gerant. In quibus medendis externa Medici opus est prudentia cum illarum tum foetuum ratione, qui iisdem simul nutriuntur et alterantur temperamentaque eadem admittunt et propria expetunt remedia.

Nec vulgo credendum arbitror ingenii acumine illius viri praepositi, qua a cacochymia saepius, quam plethora correptae viris animi et corporis ~~prae~~ infirmas habent et difficilius curantur maximeque si calidis affectibus corripiantur. In quibus summa cautio adhibenda, quae modo timore, modo astu seu impudentia multa dissimulant, non solum domesticos fallentes, verum etiam alios (ni omnia diligentius teneat) non mediocriter doctos.

Foeminae aetatis vitio et imbecillitate aut uterum frigidum, crassum, praehumidum habentes, seu multum siccum praecalidum etc. non concipiunt. Sed quae in aetate florente mediocrem habent temperaturam: quas (si conceperint) haec signa sequuntur, purgationum defectus sine horrore et febre cum legitime purgari solerent, ~~[illegible]~~ papillae paulatim accrescunt, et venae nigriores fiunt, cibos plerumque omnes fastidiunt, non raro vomunt, et μαλαχίᾳ laborant, urinasque turbidiores habent: quae non solum ab uteri vitio, aut alia causa manifesta interna et externa, sed etiam occulta, ut si crassiores aut tenuiores sint, saepe abortiunt.

Itaque rationem victus, mulieris consuetudinem, morbi qualitatem et naturam, foetus aetatem, tempus et medicamentum, haud neglecto virium robore, observare licet. Nouerint tamen [illegible] praetermisso non potest non peccari. Medendo tamen facilioribus incipiendum, ut lacte asinino, saccharo rosato, rhabarbaro, manna, cassia mixta anetho, aliisque huiusmodi pro ratione affectus; nisi tempestas urgeat, ut morbus extremis praebeatur, qualis est apoplexia. Cui subvenire quamvis [illegible] ut sapientis est, sic incipientis eandem in tranquillo optare.

Medicamenta proprie agitatoria, ut Scamonea, colocynthis, helleborus et similia gravidis perniciosa, aetate potissimum prima et postrema foetus, ut vitae sectio: In media vero aetate potissimum, si materia turgeat (quod raro in ~~[illegible]~~ foeminis gibbosis) evacuare licet: Nullo tamen tempore gravidas destitui Medico auxilio decet: sed vero diligentius quam caeteris nunquam non medendum . . . . a frigidis sumptis et admotis, ut aqua frigida, mandragora, cucumeribus et aliis huiusmodi: neque non flatulentis ut folio sennae omnibus propemodum leguminibus satyrio et aliis. Nec minimis a nimium laxantibus et emollientibus et [illegible], ut ammoniaco, faenograeco, cinnamomo, alliis et capitis similibusque, nisi astringentibus corrigantur, ut aloe, absynthio, bolo armenia, balaustiis, aceto, cornu cervino et huiusmodi similibus. Graviores etiam motus corporis et animi fugiendi, et demum amara omnia, ut hiera. Semper itaque tutioribus medendo utimur.

Semper igitur utero gerenti medendum.

Asserebat Remundus Du Mas Mimatensis.

Quint alias theses sunt 18 novemb. 1550.